R. Grochowski Quietatur

Comparens personaliter coram Officio Actisq[ue] praesentibus Castrensibus Capitanalibus Premysliensibus Gnosus Alexander Tymieniecki Gladifer Terrae Vielunensis sanus mente et corpore existens a terrijs Districtibus alijsq[ue] Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Perillustrem et Admodum Rndum Georgium a Grochowie Grochowski Decanum Premysliensem Canonicum Cracoviensem et ipsius posteros de Summa Mille Ducentorum florenorum polonicalium ex Summa Originali Viginti Unius Millium florenorum polonicalium Contractu certo inter se Recognoscentem et eundem Perillustrem et Admodum Rndum Georgium Grochowski Decanum Premysliensem ab altera partibus ratione certarum rerum et conditionum ibidem contentarum conscripto et actis officij praesentis sub actu Feria Sexta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima anno praesenti cum Interpositione Damnorum Terrestrium totaliter sibi Recognoscenti ad solvendum assecurato provenient. tum Contractione eiusdem Contractus ad Summam supradictam Levatam Mille Ducentorum florenorum polonicalium sese tantummodo referendo quietat emittit liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronuntiat sibi et suis posteris ob praestitam summae supradictae Mille Ducentorum florenorum polonicalium persolutionem perpetuum imponendo silentium Salvo nihilominus eodem suo memorato Contractu quoad Summam restantem et alias Conditiones quidem praefati [illegible] Inscriptione Roboratoris sibi Recognoscenti plenarie in robore reservato.

Jaworska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanalibus Premysliensibus Nobilis Magnifica Anilanska olim Nobilis Theodori Anilanski cum Nobili Anna Jaworska procreata filia Nobilis vero Hredory Jaworski Consors Legitima cum eiusdem Marito suo a se praesentia ... sana mente et corpore existens a terrijs Districtibus Juribus iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitanali Premysliensi iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando # atq[ue] subijcie[ndo]

et utroq[ue] ad infrascripta recognoscenda consentiente